Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift

homini de homine suspicanti. iusto acerbius indignatus sum.
si quis in sua conscientia non agnouit quod de illo humanitus suspicatus
sum. uos quibus pius atque huiusmodi offensis esse me fateor debitorem.
simul me uirum credere debitorem. Iam pullos quis fouet sepe in
angustiis suis; non toto pedis pondere calcat et matrem. nec ideo desinit esse
matrem. Dimittite. ut dimittatur uobis. Dimittite amanti uos debi
ta difficultatis. quia nec comites inimicos debita crudelitatis tenere
debetis. Ad summam omnis obsecro. commendate domino curam pro uobis meam.
Hanc enim iuste expecto pro me uiam. ut quicquid meae est in pretium
offensionum propitius ignoscat. non seuerus agnoscat. et quod in dein
ceps tpris sub hac sarcina erit. te agente regat. et suis oculis placen
te uobique iucundum faciat. ut non horrore ac penam meam. sed gaudium et
coronam meam. uos ei conspectui inueniat. Sermo eiusdem de

HODIERNUS dies eadem re. xxv.

fratres admonet me attentius cogitare sarcinam meam. de
cui pondere etiam si in die noctique cogitandum sit. nescio
quo tamen modo anniuersarius dies iste inpingit eam sensibus meis. ut
a tua cogitanda omnino dissimulare non possim. Et quanto anni
accedunt. immo decedunt. nosque propinquiores faciunt diei ul
timo utique quandoque sine dubitatione uenturo. tanto magis est
acrior cogitatio et stimulus pleniores. quale domino deo nostro rationem
reddam pro uobis. Hoc enim inter est inter unum quemque uirum et nos. quod
uos bene de uobis solus reddituri estis rationem. nos autem et de nobis.
et de omnibus uobis. Ideo maior est sarcina. si bene portata maio
rem comparat gloriam. Infideliter autem gesta. ad immanissimam pe